

1516, 10 settembre

Testamento di Biagio Rossetti.

L'ingegnere ducale, figlio del fu Andrea, della contrada del Polesine di S. Antonio, ammalato, dispone di essere sepolto nella chiesa di S. Andrea; lascia una dote di 400 ducati alla nipote Diamante, figlia del suo defunto figlio Nicola, e donativi condecanti a titolo di dote, secondo quanto già disposto con istrumento proprio; alle figlie Margherita, Ilisia e Caterina quanto già dato loro in dote; a Isabetta sua moglie la propria dote, abitazione e vitto in vita sua nella casa di lui; nomina suo erede universale il figlio Girolamo e suoi commissari Benedetto Brugia fattore ducale, Alfonso di Brandelasio Trotti e Alberghetto Lucenti notaio rogatario (Archivio di Stato di Ferrara, Archivio Notarile Antico, matr. 343, Alberghetto Lucenti, pacco 1, protocollo 1516, cc. 7v-8v: ZEVİ 1960, pp. 686-687; FRANCESCHINI 1997, pp. 845-846, doc. 1120).

Testamentum magistri **Blasii Rossetti.**

In Christi nomine. Amen. Divinae inspirationis donum est etc. Quapropter egregius vir magister **Blasius Rossetus** filius quondam Andreae civis et habitator Ferrariae in contracta pollicini Sancti Antonii ubi dicitur "la Giara", ingenierius illustrissimi domini nostri ducis, sanus mente et intellectu licet corpore languens, nolens intestatus decedere etc. casu sue mortis adveniente etc. animam suam omnipotenti Creatori nostro comendavit etc.; corpus vero suum humari voluit apud ecclesiam Sancti Andreae civitatis Ferrariae, circha cuius sepulturam expendi iussit et mandavit quicquid videbitur infrascriptis suis commissariis et heredibus etc. Item reliquit iure legati celebrari debere missas Sancti Gregorii pro anima ipsius testatoris secuta eius morte etc.

Item mitti debere unam idoneam personam per unum annum continuum diebus mercurii ad visitandum ecclesiam Sancti Laurentii pro anima ipsius testatoris etc.

Item iure institutionis et omni meliori modo etc. reliquit dominae Diamante eius testatoris nepti ex quondam Nicolao olim filio dicti testatoris ducatos quadringentos in pecunia numerata et donaria condecantia secundum formam statutorum comunis Ferrariae pro dote et nomine dotis ipsius domine Diamante; quos ducatos quadringentos dictus testator alias etiam promisit dare dicta dominae Diamante ex istrumento rogato per publicum notarium mutinensem sub certis modis, temporibus et conditionibus et prout in dicto istrumento continetur. Quos ducatos quadringentos et donaria ut supra ipse testator voluit et mandavit dari et exbursari debere dictae dominae Diamante pro dote et nomine dotis ipsius secundum et prout in dicto istrumento continetur, et pro omni eo et toto quod petere et habere posset in bonis hereditatis ipsius magistri Blasii quacunque ratione vel causa etc. Mandans et volens ipsam esse tacitam etc.

Item iure institutionis et omni alio meliori modo etc. reliquit dominabus Margarite, Ilixie et Catharine eius testatoris filiabus omne id et totum quod dedit et tradidit ipsis pro dotibus suis tempore et seu temporibus quo et seu quibus ipsae nupserunt a dicto testatore maritis suis et secundum et prout continetur in istrumentis dotalibus ipsarum etc., iubens et mandans ipsas esse tacitas etc.

Item iure restitutionis vel alio quocunque iure etc. reliquit domine Isabete eius uxori dotes suas de quibus apparet publico istrumento etc.

Item iure legati reliquit dictae dominae Isabetae ipsam posse stare et habitare toto tempore sue vite in domo ipsius testatoris et alimentari debere per ipsum eius heredem secundum facultates hereditatis ipsius casu quo non posset stare in comunione cum infrascripto suo herede et noluit eam posse molestari de bonis sue hereditatis etc.

Suos autem commissarios instituit magnificum dominum Benedictum Brugiam factorem ducalem generalem, et magnificum dominum Alfonsum Brandolisii de Trottis, et me notarium infrascriptum etc., quibus etc.

In omnibus autem suis bonis etc. suum heredem universalem instituit et esse voluit egregium virum ser Hieronymum eius testatoris filium legitimum et naturalem etc.

Et hoc est suum ultimum testamentum etc.

Cassans etc.

Lectum etc. anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto, indictione quarta, die decimo septembris, Ferrariae, in domo et camera terrena versus viam publicam predicti testatoris posita in dicta contracta pollicini etc.

Ad cuius testamenti publicationem etc.

Magister Ioannes Manzolus filius quondam Saxi carater de contracta pollicini Sancti Antonii.

Galeotus dictus Galetus Baionus marangonus de contracta Sancti Thome.

Hieronimus filius magistri Bartholamei Tristani murator de contracta pollicini predicta.

Lazarus filius quondam Antonii de Bononia revenditor panorum de dicta contracta.

Magister Bartholameus filius quondam Francisci Chencherlim marangonus de dicta contracta. Tadeus filius quondam Lungarini de Schiatis marangonus de dicta contracta.
Magister Franciscus Columbus sutor de contracta Sancti Andreaa.
Baptista filius quondam Ioannis Malpassu calegarius de contracta pollicini predicta et alii.
Ego Alberghettus de Lucentis notarius etc.